

b. Dominico archiepiscopo Ravennati scribit de Bernardo episcopo Placentino a sese consecrato: 'Divina maiestas'. J. 3455. Fantuzzi, Mon. Rav. VI, p. 1 ex tabulario archiep. Rav. Caps. Q. N. 9316.

[clero et populo Placentino de eadem re scribit: 'Qualiter sancta'. J. 3456. Fantuzzi, Mon. Rav. VI, p. 2 ex tabular. archiep. Raven. Caps. I. N. 4435].

c. Egilmarum episcopum Osnabrugensem dolet 'a Godescalco novae Corbeiae abbate et Hervordensi abbatissa ipsorumque fautoribus variis calamitatibus vexari et dilaniari et apud filium suum Arnulfum crebris accusationibus plus aequo infamari'; auxilium pollicetur: 'Bonorum operum'. J. 3464. Erhard, Cod. dipl. p. 37.

d. Fulconi archiepiscopo Remensi mandat, ut Teutboldum electum Lingonensem consecret: 'Nos autem'. Fragm.: J. 3453. Flodoard p. 557.

e. Girardo Leodicensi episcopo praescribit, ut se 'tam de invasis civitatibus et monasteriis et mansis quam de reliquis generaliter rebus redinvestiri' faciat. Fragm.: 'Oportet ut primum'. J. 3419. Gratiani decr. C. III, qu. 2, c. 3 (Coll. Brit. Stephani ep. 12).

f. Girbertum episcopum Nemausensem ab iniuriis in monasterium S. Aegidii sub excommunicationis poena dehortatur: 'Apostolatui nostro'. J. 3460. Ménard, Hist. de Nismes I, Preuves p. 15: Cartulaire du XIII^e s.

g. ad Herimannum archiepiscopum Coloniensem epistolae:

α. pallium quibusdam diebus festis induendum concedit: 'Si pastores ovium'. J. 3457. Floss, Papstwahl S. 113.

β. Herimanno aliisque Germaniae episcopis ut episcopatus Bremensis sub pristinam archiepiscopi Coloniensis redigatur ditionem petentibus respondet, utriusque partis nuntii ad se veniant necesse esse: 'Litteras a vestra', 'De cetero'. J. 3458. Floss, Papstwahl S. 120, Lappenberg, Hamb. Urkkb. I, S. 777 e cod. Trevir. LXXI.

γ. petenti, 'ut reliquiae sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae et sanctorum sibi mittantur, quatenus urbs, quae per diaboli insidias igne cremata sit, patrocinia sanctorum mereatur consequi', mittit 'sanctorum pignora': 'Divina nos saluberrima'. J. 3469. Floss, Papstwahl S. 123.

δ. rescribit, quoniam neque una cum Adalgario episcopo Bremensi Romam venisset, nec nuntiis integram agendi potestatem dedisset, Fulconi archiepiscopo Remensi se mandasse, ut eorum causam cognosceret: 'Litteris tuis'. J. 3470. Floss, Papst-